

uideatur : nihilominus hac in re non illi magis, si id fecissem, quam mihi ipsi plane satisfacere uidebar.

Quid enim laudabilius, quidue mihi expetendum magis accidere potuit? quam ut tam bona in re, hac præsertim ætate, litterarum studiosis non parum prodesse mihi daretur occasio, et quod iugi lectione per tot annos colligere potui, id totum illius opera posteritati larga, ut aiunt, manu transfundere concederetur. Emendationes igitur ex meis exemplaribus omnes illi libenter tradidi ut ad te perferendas curaret. Tu quod studiosis liberaliter es pollicitus bona fide præstabis, ut mox a te imprimendi commentarii quam castigatissimi in hominum manus peruenire possint. Scio multa restare quæ a diligenti alioqui lectore animaduerti et recte nostris addi poterunt : non enim omnia possumus omnes. Sed isthæc interim multos cum exemplo iuuabunt, tum inuitare etiam poterunt ut in hoc stadium descendere et pro uirili quæ deerunt restituere contendant. Nam nobis satis superque est loca circiter duo millia, quæ in illis mendose mutileque legebantur, sedulo restituisse. Vale.

Bibliothèque Mazarine : n° 14934.

Bibliothèque nationale de Paris : Inv. Rés. R 782.

290

THEODORI GAZAE INTRODVCTIONIS GRAMmaticæ libri quattuor, unà cum interpretatione latina, nuper ab Hercule Girlando Mantuano, & recognita, & ab omni uitio expurgata, ubi quæ passim obscura, cæca, recondita, multis perplexa nodis, hactenus lectoris animū latuere, ea nūc omnia omnibus aperta, candida, manifesta, ac intellectu facilia leguntur + quare, lector, si bonus es, nos quoq; bonos, boni aliquid tibi quotidie ferentes, bene ama + & sis felix .MDXXVII. Mense Nouēbre. Ne quis alius librum hunc, aut imprimere, aut impressum possit uendere, Senatus Veneti Decreto cautum est. (A la fin :) Venetijs, in ædibus Francisci Garoni. Anno M. D. XXVII. XII. Cal. Nouem.

In-4° de cxxxix feuillets chiffrés et un feuillet blanc. Marque de

